

JOHANNIS-JACOBI  
WISSENBACHI,  
Nassovii, JC. & Antecessoris Frisii,

EXERCITATIONVM

Ad L. PANDECTARUM Libros

PARS POSTERIOR:

Quæ in Præcipuis, cognituque  
maximè necessariis Difficultatibus  
& Controversiis

COMMENTARII

vice fungitur.

*Serena*



FRANCKERÆ FRISIORUM,

Sumptibus JOHANNIS ARCEII, Bibliopola.

ANNO M. DC. LVIII.

*Nobilissimo, Amplissimo, Pru-*  
*dentissimoque Viro,*

D. JOHANNI MOTZFELDT,  
Jcto, Serenissimo Electori Bran-  
denburgico in Ducatu Cliviæ &  
Comitatu Marchiæ, nec-non Cel-  
sissimæ Principi Auriacæ, Viduæ,  
&c. à Confiliis intimis: Domino &  
Fautori honorando,

S. D.



Entum nomen sum, dum,  
ante quadriennium & quod  
excurrit, Priori harum Exer-  
citationum Parte editâ, Po-  
steriorem hanc, ex diversis  
Belgii & Superioris Germa-  
niæ Academiis per literas & ceras identidem  
expetitam, nunc demum exhibeo, voti du-  
dum emissi reus. Nihil attinet prolixam pa-  
rare apologiam, aut exaggeratam moliri ex-

*Epist. Nuncupatoria.*

minis inscriptione frontem hujus libri munire volui, partim, ut sit commendando operi, quod, Clarissimô nomine præscriptô, velut suspensâ hederâ, gratius acceptiusque reddatur: partim, ut sit referendæ gratiæ pro tam luculentis tui in me affectus indulgentioris testimoniis. Nunquam certè animo meo exolescet tua illa Prothymia, quâ, populatrice hîc grassante lue, me meamque conjugem, liberioris salubriorisque capiendi aeris causâ Clivos invitabas, nullis non humanitatis comitatisque oblatiis officiis. Ab eo tempore commodam mihi dari occasionem optavi, quâ Te cultu & observantiâ aliquâ revereri possem. Vale, Amplissime Vir, & diu quàm felicissimus vive, *ἀνεν δούλευων, καὶ ὑπείροχον ὦν ἄλλων.* Sign. Franekeræ Frisiorum ipsis Calendis Martiis, Anni æræ Christianæ **CIO IOC LVIII.**

*T. Ampli<sup>m</sup>. addictissimus*

**JOHANNES - JACOBUS**

**WISSENBACH.**

**IN.**

## EXERCITATIONUM

## Ad L. P A N D E C T A R.

LIBROS

PARS POSTERIOR.

Liber Trigesimus Pandectarum.

DISPUTATIO I.

DESUMPTA EX

*Libro Trigesimo Pandectarum,*  
*de Legatis & Fideicommissis libro primo.*

Resp. BARTHOLOMÆO JANNER / Regiomontensi.

T H E S. I.



Egatum Florentino definitur delibatio hereditatis, quâ testator ex eo quod universum heredis foret, alicui quid collatum vult, *l. 116. pr. h. t.* Aliter Modestino, nempe Donatio testamentò relicta, *l. 36. D. de leg. 2.* Aliter adhuc Justiniano, §. 1. *Inst. de legat.* hoc modo: Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda.

Quæ definitiones his argumentis premuntur. I. Donatur liberè, nulla cogente necessitate. *l. rem legatam. 18. D. d. adim. legat. l. donari. 29. D. de donat. l. 82. D. de R. I.* Testator au-

A

tem

*tione, & de Regulis Iuris, jam abeunt ἀσύμβολοι: nihil ad præsentem Disputationem conferunt: tamen tantæ alioquin sint ubertatis, ut restibilem afferant fœcunditatem. Superioribus annis Exercitationibus Cathedrariis præbuerunt materiam.*

Ἰδὼν τὸ Τέρας πλὴν χάριν Θεῶν δίδε!

*Partis Posterioris Exercitationum ad  
L. Pandectarum libros  
F I N I S.*

---

F R A N E K E R Æ.

EX OFFICINA JOHANNIS WELLENS, Illustrium Frisicæ  
Ordinum & eorundem Academiæ Typogr. Ordinarii.

